

fert, humoremq; superfluū extrahit,

Si sunt dolores ex destillationibus, decoctum rad. urticae majoris alii usurpant cum pauxillo nucis moschatæ rasæ & croci, in Vino Adusto & acet. ana paratum quod calidè in ore, locovè dolente reten-

tum, humores illapsos mirabiliter extrahit. Ab initio quidem videtur dolor augeri, sed paulò post mitigatur & desinit.

Idem præstat decoctum Guajacum cum vino & aqua paratum.

CAPUT VIII.

De

TINCTURA ENULOTICA Dn. D. CUNRADI
FROMMANNI in Imperiali Northusanorum
Physicis Ordin.

Recip.

Flor. rosar. rubr. 3fl.
Pulv. radic. biskort.

pentaphyll. an. 3vj.

Ireos 3ij.

dign. guajac. 3fl.
Rhod. 3v.

fol. cochlear.

salvia.

aquileus an. Mfl.

Irrorentur Spirit. ⊕ 3ij. optimè vitrum agitando; hinc post duodecim horas adde Gumm. Laco. opt. pul. veris. 3ij.

Alumin. usf. 3iij.

agu. Salvia 3iij.

aquileg. 3ijst.

prunell.

verben. an. 3iijst.

rosar. 3v.

Spirit. cochlear. 3iijst.

Phlegmat. vitriol. 3iijst.

Stent in digestione, donec perfectè tinguantur. Hinc color rubicundissimus filtratur.

Vires obtinet summas in dentium mobilitate, putredineq; gingivaram, ac earundem consumptione, si videlicet ipsæ sepius eâ colluantur & fricentur.

VEL:

R. Tinctur. enulotic. hujus 3fl.

agu. cebelidon. minor. 3vj.

Syrup. flor. aqu. leg. 3j. M. opt.

D. s. Mund-Wasser.

PARS XVII.
DE
PECTORALIBUS.

CAPUT

C A P U T I.

DE

OLEO SULPHURIS AUREI COLORIS.

Recip.

Sulphuris crudi, q. v. Impone Vasi fusorio super prunas, ut solvatur; solutum $\frac{1}{4}$ effunde in aquam ferventem, exemptum denuò solve, ing. eandem aquam immite, idq. duodecies reitera, & invenies $\frac{1}{4}$ Bueyri instar liquefactum. Istud inde Retortae, super affuso optimo Spiritu Vini, ing. lento coloris gradu per destillationem abstrahere, & exhibet postea Oleum aurei coloris, boni saporis, & odoris Oleum Spiritui supernatat, quod statim legi artis separandum.

U S U S.

Usus ejus est frequens ad morbos Pectoris, nec non in obstructiōnibus viscerum, ut & peste.

D O S I S.

A. gutt. iiiij. ad xij. in convenientē veicula.

DE OLEO vel SPIRITU ACIDO SULPHURIS.

Habendum est Vas vitreum latum, paropsidis vel patinæ instar, è cuius centro seu medio surgat mera, (tripus, vel aliud aliquid metavices supplens) supra quam catinus vel crucibulum statuatur, sulphure repletum. Sulph. accenditur. Supra Sulph. Campana vitrea suspenditur, eâ distantiâ, ne flamma tan-

gat Campanam; fumus ex Sulphure accenso ascendens, in Campanâ coagulabitur, & ex Campanæ oris destillabit in suppositam patinam.

Alii etiam per Retortam tubulatam Oleum vel Spiritum Sulphuris destillant: sed prædictus modus, præ cæteris mihi videtur commodissimus: cuilibet tamen judicium de utraque destillandi methodo liberum relinquo.

U S U S.

Spiritus Sulphuris acidus per Campanam factus easdem vires habet, quibus etiam Spiritus Oli infligitur, putredines arcet, in phthisi autem, asthmate, sanguinis sputo, catharris suffocativis, aliquæ peoris affectibus, debitæ vehiculis administratus, suâ laudem obtinet.

O B S E R V A T I O.

Ubi absentum est Sulphur, novum sufficiendum est: si conclave sit clausum, major olei quantitas colligetur, & præcipue, si locus humidus. Quapropter diebus pluviosis major quantitas Olei hujus, quam diebus siccis; & hyeme, quam æstate, colligitur. Utile est campanam initio madefacere.

Ego quidem communī hâc viâ ad hoc Oleum colligendum utor, & nunquam

nunquam non voti compos meis fio.

Sunt tamen, qui hanc sequentem
meliori notâ commendant.

De
ALIO MODO PRÆP-
randi Spiritum Sulphuris.

Primô in qromptu habeas Retor-
tam fenestratam, quæ habeat tubu-
lum prominentem in dorso. Eam
luto crasso munitam in arenam lo-
ca, ita, ut possis expeditè ad tubu-
lum accedere.

Rostro applica ampullam, in quâ
sit aqua frigida (vel tantum ponatur
ampulla in aquam frigidam) Igne
supposito, Retortam ferre facito, &
per tubulum immitte portionem
Sulph. ut in eâ deflagret. Fumus
transiens in receptaculum, super
aquâ consistit. Immitte ordine por-
tiones plures, donec sufficiens
Oleum habeas, quod ab aquâ sepa-
ratum serva.

NOTA :

Si prorsus aerem denegaveris,
sive frustraberis, & quod Schrödero
accidit, qui laetescensem liquorem
loco spiritus obtinuit, omnis acidi-
tatis expertem.

VIRES & USUS.
Usus Spiritus vel Olei Sulphu-
ris est:

1. In Catarrho suffocativo.
2. Præterea oleum Sulph. ita effi-
cax, ut neque vivum corpus, ne-
que mortuum ad putredinem

transire sinat, sed adeò integrum
tueatur, ut nulla vel cœlestis im-
pressio, vel ab alimentis profe-
cta corruptio, vel ab aliâ causâ
inducta, obesse ei possit.

3. Insuper multis, tam internis,
quam externis vitiis adversatur:
ut Verrucis, Strumis, Orexi, Hy-
dropi, Urinæ suppressioni, Aurî-
um tinnitui, Colicæ, Dentium
dolori, Epilepsia, &c.
4. Imò omnes ardores Febriles ex-
tinguit mitificè, cæteraque ferè
omnia, quæ Spiritus Vitrioli
præstat, efficit.
5. In Tussi verò, Phthisi & sputo san-
gvinis raro datur sine periculo.
6. In Asthmate nihil præstantius
esse, aliquoties expertus sum,
cum aquâ fontanâ mixtum.
7. Item utilissima hæc aciditas ad
Vermes, Pestem, dissolutum Sto-
machum, Febres & Pleuritidem.
8. Exterius quoque prodest in pro-
cientiâ anihoc modô:
- R. *Oxymell. simpl. q.s.*
Olei Sulphuris bujus,
Quantum ad colerandam aciditatem
sufficit, cuu Spongia in eo madefactâ
in restinum tange, intrag corpus etiam
per dies aliquot exhibe.

OBSERVATIO.

Mirum, quod ab usu Sulph. ex-
crementa alvi, moschi odorem refe-
rant: quæ res mysterio non caret.

Sulphur apud Græcos vocatur
θεῖον,

θέον, non solum meherclē, quod
αναβυπίασις sulphurea sit Κεράυνος
τὸ πέρι sed quodd in eo Divini quiddam
delitescere comperti sint Philosophi

DOSIS.

Agutt. v. ad xij. in convenienti ve-
hiculo.

OBSERVATIO.

In exhibitione Olei, vel Spir.
Sulph. ut & Spir. Θli Θlis vel Φris,
vel alterius qui actiorem saporem
habet cavendum ne infantibus, puer-
is, pueris phtisicis, vel iis, qui
pejus sese habent ab ejus usu, den-
tur. Oleum Sulph. gravidis quoq;
exhibendum.

CAPUT II.

DE

FLORIBUS SULPHURIS ALBIS.

R. Θ purificatum, liquefacit, & in-
iiciatur Sulphur. sicut, dum sal Bru-
nella paratur, fieri solet; sed id tamdiu
continua, donec coaguletur, in igne.
Quod ubi accidit, ignis augeatur, &
operculo supra catinum posito etiam
supra ignem accende, cumq; horis dua-
bus continua.

Tandem ubi omnia refrixerint, in-
venies Θ fixum.

R. Hujus partem unam, Sulph. o-
ptim. & elegantiss. part. ij. probè mi-
scendantur & sublimentur in igne are-
na, & flores siant albieſimi.

De

FLORIBUS SULPHURIS
CROCEIS.

R. Sulphuris, Θli calcinati ana-
lib j. Alii addunt ad lib. i. Sulphuris
Θli calcinati, & Θ communis ana-
lib. Ix. Alii alias proportionem obser-
vant, qua tamen neminem perturbare
debet, nam in hoc labore maximum
est, signem regere noveris. Addita-

menta enim, quaque pauciora fuerint, eo
△ sufficit mitior. Quamcumq; autem
proportionem observaveris, Sulph. &
additamentum diligenter misce & pa-
ne in sublimatorum in cineres, atque
imposito Alembico, primum lentum
ignem adhibe, & post duas horas va-
pores humidis attollentur, ac liquor
quidam acidus exfillabit. Post horas
4. vel 5. flores sublimari incipient,
atq; rostrum Alembici claudes ignem
auge, & flores attollentur. Calor non
sit major, quam ut possis manum ali-
quandiu in Alembico sine damno reti-
nere. Atq; ita continua sublimatio-
nem. Flores sublimati cum novo ad-
ditamento, seu Vitriolo calcinato mi-
scendi, & ita sublimatio ter, vel qua-
ter repetenda. Floribus tertio, vel
quarto sublimatis nonnulli addunt
myrrhae, aloës ana partes tres, & cro-
ci partem unam, atq; iterum subli-
mant, eosq; in Peste exhibent.

Bbb

OB.

OBSERVATIONES.

Signum perfectæ sublimationis
inde cognosci potest, quando caput
mortuum friabile, & porosum, &
prunis aspersum non ardet. Id e-
nī signum privationis omnis bo-
nitatis.

De Floribus $\ddot{\text{A}}$ ris per se absq; ad-
ditione.

Cucurbita terrea, & cūm prius
duo Alembici vītrel congrui sint se-
lecti, ita ut unus post alium adhi-
beri posit, locetur prius vacua in
arenam, quæ ubi gradibus ignis
paulatim fuerit excalefacta, immit-
te $\ddot{\text{A}}$ ris communis in frusta conqua-
sati manipulum unum atq; alterum,
& appone Alembicum, videbis pau-
lò post flores elevari, si modò ignis
justè administratus fuerit; alias si
intensioris fuerit, jacturam patieris
operis. Quod si itaq; non nihil flo-
rum in Alembicum elevatum fue-
rit, illo sublatō, alter substituatur,
& identidem Flores, sic repetitis
sēpè alternis Alembicorum vicib⁹,
colligantur. Quòd si elegantiores
& puriores adhuc desideres; hanc
florum operationem, semel atque
iterum reiterare poteris.

VIRES ET SUS.

Flores hi valde resistunt Putredin-

ni, ac propterea in Peste tam præ-
servationis, quam curationis gratia
cum Theriaca utiliter usurpantur.

2. Præservant & à febribus.

3. Sudorem movent.

4. Profund omnibus Pectoris &
Pulmonis vitiis.

5. Reliquis Oleis ac Unguentis
additi scabiem, ac pustulas sanant.

6. Tandem Hydropi, alisq; mor-
bis & affectibus, exsiccatione opus
habentibus, valde conducunt.

DOSIS.

Dantur à $\frac{1}{2}$ ss. ad $\frac{3}{4}$ ss. vel $\frac{3}{4}$ in Ro-
tulis, Syrupis, Electuariis, vel alio con-
venienti vehiculo.

De FLORIBUS $\ddot{\text{A}}$ ris COROL-
LATIS.

R. Comall. Wj.

Flor. $\ddot{\text{A}}$ ris $\frac{3}{4}$ jj.

Tere minutissimè & M. sublimaq; us-
ditum; Δ profluentem seorsim primò
collige de inflores.

Habentur præstantiores, quam vul-
gares $\ddot{\text{A}}$ ris flores. & si ex his fiat Balsa-
mus sulphuris, optimè pulmonibus con-
ducere perhibetur.

Plura vide ap. Joan. Dan. My-
lium Basil. Chymic. I. s. c. 3. pag.
674. 675. & seqq.

CAPUT

CAPUT III.

DE

LACTE, SEU CREMORE, MAGISTERIO, AUT
Butyro Sulphuris, secundum præparationem
Crollianam.

Recip.

Sulphuris flavi, triti & cibrati, vel
Florum $\frac{1}{2}$ partem unam, &
Salis Tartari partes tres, pone in vi-
tro ore capaci, luto obducto: collo-
cetur in arenam, affundatur aqua
pluvialis destillata ad eminentiam
6. digitorum. Vitri quarta pars sit
vacua, quæ extra arenam proxi-
near. Subjice ignem successivè, ut
bulliat, lignea spatula diligenter
agitetur, donec sulphur ferè omne
in illis ebullitionibus solutum sit,
quod spacio 5. vel 6. horarum fit; tunc enim liquor rubescit, medio-
criter saltem se inspissando instar
lixvii. Si aqua inter ebullendum
evanescit, adfundatur alia servida.
Ultimò ubi ferè omne Sulphur solu-
tum est. & liquor tubeus ad emi-
nentiam 3. digitorum transversorum
restat, tunc ita calidè filtratur per
chartam Emporeticam, & defiltrata
calida solutione parum in alio vi-
tro ponitur, & confessim dum adhuc
calet, adfunditur vinum, (sunt qui
aceto destillato utuntur, sed vinum
præstat) lentè, celeritatem & alto
lapsu, tamdiu, donec colorem spissi
lactis acquirat. Hoc postea in pe-

culari vitro servatur, & proceditur
eodem modo cum restante solutio-
ne calida & vino. Ultimò omnem
laetum liquorem misce, & pone in
loco tepido, donec albedo $\frac{1}{2}$ à vi-
no cærulei & rubei coloris in fun-
dum descendendo se separaverit,
abstrahe tunc vinum per inclinatio-
nem, & adfunde aquam pluvialem
destillatam miscendo: stet diem ac
noctem, ac iterum effundatur, ad-
fundendo novam. Hoc coties reite-
retur, donec nulla nigredo, seu im-
puritas in aqua amplius appareat,
nec sensibilis fœtor. Postea post
debitam residentiam & effusionem
aqua siccatur per se in Hypocausto,
& servatur instar pollinis, vel ante-
quam planè siccetur, misceatur a-
qua Cinamomi, vel alia appropria-
ta, ut fiat pulvis instar, seu Lactis, &
priusquam ad usum Medicum ad-
hibeat, diligenter moveat nr. Un-
ter. in Tractat. de Sulphure pag. 82.

De
ALIO MODO PRÆPA-
randi Lac Sulphuris.

R. Florum $\frac{1}{2}$ partis 3*ij*.
Liquoris $\frac{1}{2}$ partis 3*ij*.
Bbb 2
Digemps.

Digerantur in igni lento, donec Δ solvatur, & rubedo appareat; bane filtra, & cum vino, vel aceto guttam in stillando precipitat, & postea cum aquâ rosarum, melioris odoris gratia edulcora.

De

ALIO MODO PRÆPARANDI Lac Sulphuris.

R. Flor Veneris, vel Sulphuris purissimum unam, Salis $\frac{1}{2}$ partes duas, liquefiant in crucibulo. Liquefactis affunde aciquid aquae calide, mox affunde in patinam aquam calidam plenam, & statim filterentur, affundatur, paulatim vinum, (alii acetum destillatum usurpant) donec totus liquor albescat, & lac in fundum precipitari incipiat, quo defusso liquore colligatur & exsiccatur.

VIRES & USUS.

1. Balsamum est humidi radicalis.

2. Confortat vires naturales.

3. Purificat sanguinem ab omnibus impuritatibus, unde varii morbi oriri solent.

4. Præservativum Apoplexiæ,

Convulsionis nervorum,

Lepræ,

Luis venereæ.

5. Specificum Pulmonum; præservat, ac sanat Asthma.

6. Tollit antiquam & recentem Tussim.

7. Consumit & exiccat fluxus capitatis.

8. Confortat Cerebrum.

9. Ventositates Ventriculi & colicam impedit.

10. Hæticis, & aridis peculiariter suâ confortatione prodest, cum aquâ Cinamomi, si misceatur, ut fiat instar lactis liquidi.

11. Phisicos oculariter juvat, agendo in humidam radicale, testimonio ægrotantium.

12. In Arthritide, Podagrâ, Schiaticâ, & similibus morbis, summo perè etiam conducit. Ignis occulti instant consumit morbum non aliter, ac ignis vulgaris lignum absunit.

DOSIS.

Tantum pulveris miscetur, ut vehiculum quasi albidente colore tingatur: manè & vesperi j. cocbl. exhibetur.

Offertur in Aquis Cinamomi, Melissa, Lavendulae, vel in Spiritu vini.

OBSERVATIO.

Priusquam Lac Sulphuris ad usum medicum adhibeatur, diligenter vehiculo, vel liquori immisceatur. Oleum, Flores, & Lac Sulphuris gravidis non temerè offerantur, quia menses promovent.

NOTA:

Lac tamen Δ ris seu præcipitatum hoc omnino in phisicis seu tabidis cautè est exhibendum, nec unquam.

quam convenit, nisi in eo genere, cum multa pituita abundaverit, quod aliquando fieri etiam Fractorius observavit. In hæticis vero & aridis tantum abest, ut juxta Crolium, sit balsamum humidii radicalis, & tanquam specificum pulmonum remedium, quin potius agat.

instar ignis occulti, & reliquias humili radicalis consumat atq; exsiccet.

Itaq; cum flores ♀ & hujusmodi reliqua sudorem moveant, non nisi in aliis infirmitatibus convenient, quam quæ à causâ frigidâ & humidâ proficiscuntur.

CAPUT IV.

DE
BALSAMO SULPHURIS, VEL RUBINO
SULPHURIS.

ET si alii aliter, Balsamum hunc præparant, nobis tamen sequens compositionis modus præ ceteris magis probatur & arridet.

Sume igitur V. G. Florum Sulphuris ter sublim. unc. iii. Pone in Cucurbitam vitream orificii angustioris, iisq; superaffundè Spiritus Terebinth. clari & puri unc. vj. Vitrum iupundi probè occlusum, ne quid inde expiret, colota in canum arenarium seu (vulgò ut vocant) capellam. Quô factô, ignem carbonum subjicito, primo quidem lentum, per binas vel tres circiter horas, quo paulatim in catino arena calefiat. Deinde ignem fortiorum reddito, quousq; materia in vitro ebullire incipiat. Signo hoc ebullitionis apparente, ignem in æquali gradu semper conservato, donec Floribus omnibus planè dissolutis, menstruum tuum affusum, co-

lorerubicundissimo, Rubini instar imprægnatum appareat. Huic menstruo ita colorata mox aliæ unc. iii. digitorum Florum addantur, atq; iterum in arenâ calida stent, eò usq; dum prorsus etiam dissolvantur. Hinc Vitrum seu Cucurbitam exime ex arenâ, & materia dissipata affun de Spiritum Vini optimè rectificatum, ad eminentiam circiter 3. vel 4. digitorum. Claude vitrum exatè & sic relinque in arenâ, vel alio loco calido per biduum, donec Spiritus Vini sanguineo tingatur colore. Hunc effunde, aliumq; novum Spiritum priori materia adponere, qui rursus stet, donec rubicundissimum colorem attrahat, seu induat. Et hunc laborem toties reitera, quousq; pictus Spiritus non amplius tingatur. Tandem omnem hunc spiritum coloratum coaffunde ejusq; bonam quantitatem in

Bbb 3

leni

leni balnei colore per Alembicum destillando abstrahē, ita tamen, ut in fundo Cucurbitæ consistentia quædam liquidior maneat, quam exemptam in phiola per dies aliquot digere, ut fæces nonnullæ subsidenteant, à quibus dénum Rubinum seu Balsamum hunc Sulphuris separa, & in vitro mundo ad futurum usum diligenter custodi. Vel si vis eundem iterum per Alembicum destilla, aut per Retortam Vitream aquæ, & sic prodibit præstantissimum Oleum, admirandarum in Medicinâ virium ac virtutum.

O B S E R V A C I O N E

Quod si balsamum hunc à suo solvente seu spiritu separare volueris, affunde & destilla, sic spiritus una cum exstillabit reliquo balsamo in fundo.

DOSIS agut. 4. ad x. si à suo solvente separatus sit, vel adgut. 20. cum suo solvente.

Nota: postquam à Balsamo à Terebinth. separatus fuerit, affunde Spirit. Vin. & extrahe Spirit. Vin. in MB. & habebis Tincturam; digere atq; à fecibus subsidentibus decanta

Vid. Tract. Medico Chym. Vnzeri pag. 37.

De

ALIO MODO PRÆPARANDI Balsamum seu Rubinum Sulphuris.

R. Florum Sulphuris 3*iii.*
Olei Terebinth. 3*vi.*

Stent in digestione in cinere, vel area nà ad unum atq; alterum diem, donec color rubeus appareat; poste à tinctum filtretur per chartam bibulam, & rectificetur affundendo aquā rosaceam.

Alii sic parant Balsamum Sulphuris.

R. Flor. Sulphuris 3*iii.*

Spiritus Terebinth. 3*vi.*

Collocentur hæc in Phiolæ in arenam, & primò per horas 2. vel 3. lenatum ignem admove, quem poste ait ange, ut ebulliant, atque in eo gaudu ignem conserva, donec Sulphur in Spirit. Terebinth. solvatur, & rubedo appareat. Quidam Spiritui colorato novos flores reaffundunt, eosq; codem modo, ut antea dissolvunt, transcolant, & usui reservant.

Oleum Terebinthinum quod vetustissimum melius ad banc operationem.

De

VIRTUTIBUS BALSAMI SULPHURIS.

I. Inter ea Medicamenta, quæ vel specificâ quâdam proprietate, vel manifestâ qualitate Febrium putridarum, ac malignarum generatio ni, itemq; aëris, tempore Luis pestiferæ saevientis, inquinati attractioni efficaciter resistunt, & ab omni contagio, ac venenata infecti one,

one, cordi in primis, ac spiritibus vitalibus adversissima, corpus humanum præservant, ac muniunt, nullum ferè existit melius, quod citius, tertiū ac felicius id præstat, ipsò Balsamo Sulphuris, si ejus gutt. 4. 5. 7. 9. vel 10. pro diversitate ætatis, temperamenti, sexus, loci ac temporis, ter vel quater in hebdomade, manè, vel ex vino, juscule, aut aqua. Carduibenedit. Rutæ, Scordii, vel Veronicæ, seu cum modico Conservæ Rosarū, Melissæ, Scabiosæ, vel Borraginis adsumantur.

II.

In omnib⁹ ferè pectoris vitiis, ut sunt Asthma, Tussis, Catarrhus suffocativus, difficultas spirandi, Raucedo, Phthisis, Empyema, nullam datur nobilis, præstantius ac probatius remedium Balsamo Sulphuris, quæ omnia, nisi vel hæreditaria, vel plurimis annis inveterata sint.

CAPUT V. *Casabambus et mulieribus*

De

BALSAMO SULPHURIS ANISATO.

Recip.

QL. anisi 3vj.
Flor. Sulph. 3j.

M. & in vitro digerantur & circulenter tamdiu, donec anisi instetur am Sulphuris perfectissime extraxerit: postea aufer oleum rubicundissimum perinclinationem, filtrare & ad usum reservare.

perfectissime, nec sine ingenti stupore & admiratione curat ac tollit, si pro varietate ætatis de eo gutt. 5. 6. 7. vel x. aut xii. præbeantur cum Syrupo de Hyssopo, Scabios. Violar. vel Conserva Rosar. antiquar. Elenfi, vel Veronica.

III.

Ad sedandos ac dissipandos atrocissimos dolores Colicos, à flatulentâ materiâ exortos, tam in viris, quam in mulieribus, BALSAMUS SULPHURIS summam laudem mereatur, strenueq; & efficaciter operatur, si alvus prius per Enema sollicitata & emollita, pro magnitudine doloris, adultis de eo gutt. 7. 10. 12. vel 14. cum pauxillo vini calidi, vel 2q. Junip. Rutæ, Chamomill. vel Fœniculi exhibeantur. Externè si ulcera aliquis eò illinit, brevi tempore ipsa sanabuntur.

CAPUT VI. *Casabambus et mulieribus*

Vires, Usus, Dosis:

Et balsamum perfectissimum calefaciens, secans & à putredine conservans, in quo sunt omnes virtutes naturalis balsami, & vis conservativa maxima.

In catarrus pectoralibus, tussi asthmate, phthisi, pleuritide, peste, febris.

bribus, morbus epidemicis, lue & rea-
nec non in omnibus apostematibus, &
putrefactionibus corporis miranda
prestat.
Dosis à gutt. iiiij. ad v. & vij. in vebicu-

lis appropriatis & specificis.
Eadem ratione quoq; confici potest bals-
amus Sulphuris faniculatus, hyssoe
ponatus, &c.

CAPUT VL

DE BALSAMO SULPHURIS COMPOSITO,

Recip.

Florum Sulphuris 3*lb.*
Myrrb. elect.

Aloës,

Croci ana 3*iiii.*Ol. Terebinthinae 3*iiii.*

Myrrba & Aloë cum croco pulveri-
sentur, & postea Oleo cum Sulph. flo-
ribus immiscantur. Hec stent in loco
calido, vel arenâ, in phiolâ, admovea-
turq; primò ad bonis duas lentius ignis,
quem deinde augeas, donec species sol-
vantur, & rubedo appareat.

OBSERVATIO.

Cavendum hîc diligenter, ne ignis
nimis fortis sit: nam si ignis justo
fortior, comburitur materia, impe-
diturq; ejus effectus, sed ita rega-
tur, ut tantum vis & efficacia specie-
rum leniter extrahatur, postea hæc
filtrantur per chartam bibulam, &
ad usum reponantur.

Aliis hæc Compositio
placet.

Florum Sulphuris 3*i.*
Myrrb. elect.

Aloës,
Croci ana 3*iiii.*

Ol. Faniculi,

Anisi,

Terebinth. ana 3*iiii.*

Fiat Balsamum modò jam dicto.

VIRES & USUS.

Hoc Balsamum Specificum pul-
monis est: nam i. curat Asthma, tol-
lit antiquam & recentem tussum.

Vlceræ Pulmonum abstergit &
consolidat.

3. In Phthisi nihil certius.

4. Prophylacticon, & Pharmacum
in Peste, aliisq; morbis contagiosis.

5. Externè si quis ulcera eo illinit,
brevi tempore ipsa sanantur.

6. Sudorem expellendo Febres z-
bigit & curat.

7. Ve-

DOSIS.

A. gutt. viij. ad x. vel xiij. in convenienti vehiculo.

CAPUT VII.

DE

ELIXIRI SULPHURIS.

Recip.

Croc. oriental.

Myrrae rubr. an. 3ij.

Masticb. el.

Benzoin.

Cardamom. minor.

Cinamom. ap. 3j.

Succ. Glyzerriz. Extract.

Confecit. alchermes

rad. Enul. campan. an. 3vj.

Alipta Moschat. 3ij.

M. & F. Pulvis, cui addes sacchar. candi alb. 3ij. & humectetur sp. vini rectif. ut F. quasi pasta: possea Sp. Aris opt. rectific. ad eminentiam 4. digitorum affunde, digerantur & circulentur per mensem. Tandem quod temporeum & extractum fuerit, per inclinationem separa, materiam infundorestantem S.V. extrahe; separa ac priori liquorice colorato immisce, & ad usum reponere.

VIRES, USUS, DOSIS.

In affectibus thoracis & pulmonis miranda praefat. Pectoris ab impuritatibus & catharris mundificat. Tussim tam inverteratam quam recentem tollit. Phthisicis, Melancho-

licis, supra rationem mestis, cardiacis &c. in genere subvenit, & tacticiam adfert. Valet quoq; ad coartationem anhelitus antiquam, & asthma chronicum. Insuper cor confortat & à putredine præservat. Vitam prolongat & canitatem retardat. Nec est quod hic a credinatur provocantem metuamus; illa etenim ad resolutionem necessaria, moxq; alleviatio sequitur.

DOSIS seu modus exhibitionis est saporis in acidum mutatio, & per se nullus sit usus: sed semper cum vehiculo appropriato sumatur. In aquis vel Syrupis pectoralibus comedissime offertur.

De

ELIXIR ARTERIACO

SEU PNEUMONICO Dn. D.

Cunradi Frommanni Physici

Northusani.

R. Herb. scord. Miſs.

Flor. papav. Rbæd. Miſs.

Extract. liquirit. 3lb.

Helenii 3ij.

Gumm. Ammoniac. de purat. 3i.

Aloës succorrina 3ii.

Ccc Storag.

Stomach. calamit.

Traebisc. alipt. Mosch. an. 3iij. fl.

Balsam. Indic. 3ijs.

Flor. 3v.

Croci pulverisat. 3ijs.

*Omnia pulverisentur & in vitro
cum Spiritu Vini & 3ijs infusa,
parentur ad modum vulgaris Elixiris,*

*quod Paracelso proprietatis vocatur.
E. s. a. Elixir Arteriacum.*

*Quo non praestantius aliud in
Asthmate, praesertim mucilaginoso
pulmonum Tartaro. Egregie quo-
que confert distillationibus pecto-
ris, quae ab Hypochondriorum ob-
structionibus maximè foventur.*

CAPUT VIII.

De

EXTRACTO, SEU QUINTA ESSENTIA SULPHURIS.

Rec.

Balsami Sulphuris intense rubri,
precipita illud sale Fe_3O_4 , & agita
super carbonibus, donec exaruerit,
postea extrebe Tincturam Spiritu Vi-
ni. De hac Essentia gass. ej. vel vij.
adhibentur felicissime ad Phthisin.

ESSENTIA, SEU EXTRA- CTUM Sulphuris exter- num.

R. Fl. Sulphuris q. s.

○ Impone scutellæ Vitreatæ, lento i-
gnis calore liquestant, Liquefactis
adde

Sal. Fe_3O_4 tritipart. i.

agita bacillo, donec omnia in mate-
riam subrubeam insipientur, massam
supramarmor effunde, indurata tere,
pulverem Vitro impone, affunde Vini
Spiritus rectif. q. s. & in istu oculi
aureo colore tingetur, sicut tinctura
per nolem, & Rubini instar evadet.

USUS.

Hæc Essentia ad omnes corro-
dentes morbos. hæmorrhoidum,
penis & aliarum partium ulcera ex-
trinsecus curanda præstantissima.

De ELIXIRI PROPIETATIS POPPII.

R. Hujus Essentiae 3iij.

Essentia ex Aloë,

Myrrha & Croco 3ijs.

Confundite omnia & habebitis verum
Elixir pectorale.

VEL SIC:

R. Flor. Sulphuris 3v.

Myrrb. Optime 3ijs.

Aloës Epatica 3i.

Croci 3ijs.

Fiat pulvis, cuius dosis 3i. in aquâ Ve-
ronica contratuſim, & alios pulmo-
num afflūs.

De:

De

ELIXIR PNEUMONICO
 Dn. D. Levini Fischeri, Physici olim Brunsvic. postea apud il-
 lustriſſ. Viduam in arce Holsa-
 tica Husen, Medici Aulici,
 jam verò Archiatri
 Anhaltini.

R. Gamm. Ammoniac. Sp. Vini elotii,
 repurgati ac soluti.
 Aloes epatic. opt. purificat. & Sp.
 Vini elot.

Myrrha select. an. 3*ij.*

Croc. Orientalis 3*lb.*

Flor. ♂ ter à realgare sublimat. 3*lb.*
 Cōrrita imponantur cucurbita vitrea,
 affundendo Sp. Vi. alcolisat. & vini
 meliss. destill. ad eminentiam digiti
 lat. perlatur, digerantur per men-
 sem in MB. posse a effundatur quicquid
 tintum & extractum; Iterumq; af-
 funde Sp. Vin. novum cum Vini Melis.
 Sati anaticis partibus, roties usq; dum

amplius non tingatur menstruum. Ma-
 trici restanti affunde Sp. V. alcolis.
 & Vinum Melisatum; destillat ex e-
 renā, quoad Balsamu omnia egredia-
 tur, qui priori tinctura commisceatur,
 filaretur,clarificeturq; simul & circus
 letur ſpacio bimeti agitādo quotidie.

U S U S.

Conducit hoc in primis Phthisi &
 Asthma; omnes enim pulmonum
 putredines exhaustit, & pulmonem
 uti & jecur reficit.

Medetur etiam omnis generis fe-
 bribus, prodest item febribus pesti-
 lentialibus, malignis & petechiali-
 bus, stomacho utilis est, & appe-
 titum promovet.

DOSIS.

Gutt. 9. 12. in Vino aut Cerevisia.
 Fischer. in consil. hypochondr. &
 corpor. Medic. Imperial. Sect. 2. tit.
 4. pag. 119.

C A P U T IX.

DE AQUIS PECTORALIBUS.

AQUA PECTORALIS.

Recip.

H Hepat. viril. num. i.

Pulmon. vulp. num. i.

Herb. Pulmonar.

Hepat. stellar.

Salv.

Rut.

Hyſſop. an. Mi.

Rad. Enul. Camp.

Gladiol. an. 3*lb.*

Sem. Anisi,

Carv.

Fænicul. ana 3*lb.*

Flor. Bornmgin.

Bugloss. an. 3*lb.*

Ccc 2

Infus.

Infundantur per horas 24. in Vini venteris generosi Mens. 2.

Aqua. Scabios.

Carduibenedit. an. 3*iiii.*

Hysop. 3*iiii.*

Dein distilla in MB.

VIRES:

Confortat pulmones ac Epat,
craßam mūcilaginem attenuat, ex-
pectorat, flatus discutit, obstruc-
tiones referat. &c.

De

AQUA PECTORALI

CHEMNIZENSI, vulgo

Cheznitzer Lufft-Wasser.

R. Cinamomi,

Caryophyllor.

Zingiberi,

Cardomom.

Baccar. Laur.

Juniper. ana 3*iiii.*

Rad. Enula,

Farfar. an. 3*iiii.*

Gentian.

Glyzyrrbit.

Ireos Florentin.

Polypod. an 3*iiii.*

Fol. Hysop.

Majomn.

Pmff.

Salv. an. p. ii.

Sem. anis.

Fanicul.

Urtic.

Petroselin. an. 3*iiii.*

Squill. prep. 3*iiii.*

Passifl. major. 3*i.*

Dactylor.

Sebasten.

Jujul. num. x*v.*

Amygd. dulc.

Nuc. Pinear. ana 3*iiii.*

Caricar. 3*i.*

Mell. Virgin 3*i.*

Superfunde Sp. Vini 1*b.* xxx. sicut in
digestione per aliquot dies. Postea de-
stinentur in MB. & adde

Sacchar. alb. clarificat. 1*b.* 3.

Aqua. Scabios. Canthar. 3*iiii.*

Serv. pro usu & S. Cheznitzer Lufft-
Wasser.

NOTA:

Hanc Dn. D. Gaukland in Aula
Dresdensi Archiater ita miscet:

R. Aqu. pectoral. Chezniz.

Elixir. vite Matt biol. an. 3*vi.*

Tinctur. confect. Alchorm. 3*i.*

Syrup. violar. ex succ. 3*x.*

Essent. moscb. Oriental. 3*i.*

M. Filtr. & D. ad fistile

S. Köstlich Lufft-Wasser.

AQUA ASTHMATICA

Dn. D. Cunrad. Fromman-

ni Phys. Northus.

R. Herb. marrub.

Scabios.

Veronic.

Scord. an. Mis.

Carduibenedit.

Hysop.

<i>Hyssop.</i>	<i>Amygd. amar. integr. com-</i>
<i>Calamentb. ana Mi.</i>	<i>tus. 3ij.</i>
<i>Salviae,</i>	<i>Passular. minor.</i>
<i>Hederæ terrestri.</i>	<i>Caricar. ana 3ij.</i>
<i>Capill. ♀ an. Mi.</i>	<i>Sobest.</i>
<i>Nicotian. Mj.</i>	<i>Jujubar.</i>
<i>Sem. eruc. 3ij.</i>	<i>Dactylor. rec. enucleat.</i>
<i>Botryos</i>	<i>an. 3x.</i>
<i>Nasturt. hort. an. 3ij.</i>	<i>Pulmon. vulp. prep. 3ij.</i>
<i>Urtic. roman. 3ij.</i>	<i>Milleped. preparat. 3ij.</i>
<i>Fænicul.</i>	<i>Mell. granor. juniperin. 3ij.</i>
<i>Anisi an. 3ij.</i>	<i>Relinquantur in infusione per octo-</i>
<i>Lign. Sassafras torn. trit. 3vi.</i>	<i>duum & digerantur in loco calido, va-</i>
<i>Cinamomi acerrim.</i>	<i>se bene obsignato. Hinc fortis expres-</i>
<i>Rad. Chin. an. 3iiij.</i>	<i>sions factæ addè Elix. Pneumon. nostr.</i>
<i>Ireos Florentin. 3vi.</i>	<i>desc. 3ij.</i>
<i>Tusfilagin.</i>	<i>Post digerantur denuo sepè multum</i>
<i>Polypod. an. 3ij.</i>	<i>agitando ad perfectam faciem depura-</i>
<i>Helen.</i>	<i>tionem. Ultimo filtrantur, & cum</i>
<i>Glyzyrrbit. ana 3ij.</i>	<i>petiæ, in quæ</i>
<i>Aron. 3vij.</i>	<i>Benzots,</i>
<i>Fænicul.</i>	<i>Styrac. calamit. an. 3ij.</i>
<i>Eryngii ana 3ij.</i>	<i>Croc. 3i.</i>
<i>Gentian. 3ij.</i>	<i>ligat. serventur vase Opt. munito, pro</i>
<i>Scylla recent. 3l.</i>	<i>usu. dos. 3i. ad 3iiij. vel per se vel cum</i>
<i>Pri albiß. 3vi.</i>	<i>vehiculo conveniente.</i>
<i>Optime tritis & contusis</i>	<i>R. Florum Sulphuris 3i.</i>
<i>Affunde Vini albi opt. lb. iv.</i>	<i>Lactis Sulphuris 3ij.</i>
<i>Spir. Vin. opt. lb. iii. fl.</i>	<i>Spee. diatrig. frig.</i>
<i>Aqu. Scord.</i>	<i>Diapenidii,</i>
<i>Fænicul.</i>	<i>Rad. Enula campan.</i>
<i>Stabios. ana lb. i.</i>	<i>Ireos Florent.</i>
<i>Hydromell. Cochlear. lb. v.</i>	<i>Tusfilaginis,</i>
<i>In infusione stent d. 14. postea de-</i>	<i>Liquiritiae ana 3ij.</i>
<i>fill, per MB. destillato rursum addè</i>	<i>Herb. Stabiosa,</i>
<i>Succ. violar. infus. 3v.</i>	<i>Prasif,</i>
	<i>Cet. 3</i>
	<i>Pulmo-</i>

Pulmonaria,
Capill. ♀ris,
Seminis Urtica ana 3ij.
Gummi Tragacanthi,
Arabicci ana 3fl.
Succi rad. glycyrrb. pulveris.
Pulmon. Vulp. preparat. ana 3ij.
Amyli 3ij fl.
Sacchar. Cand.
Penidii ana 3ij.
Fiat pulvis subtilissimus.

VIRES ET USUS.

Efficacissimus est pulvis, ad omnines pulmonum affectus: nam curat Asthma, h. e. spirandi difficultatem. Excellentissimus quoq; est ad tussim inveteratam, & recentem Phthisin & Ulcera pulmonum.

DOSIS.

Dosis est à 3fl. ad 3j. mand & vesperi, per se, vel in aqua Faniculi, vel Veronicae.

Huc etiam appropriatax pertinent species de Pulmone Vulpis, & ex iisdem paratax Rotula.

R. Pulm. Vulp. prep.

Succi glycyrb.

Sem. Anisi,

fanic.

Capill. ♀ ana 3j.

M. F. Species pro Rotulis.

E. G. R. Sp. Loch. d. pulmon.

Vulp. 3ij fl.

Fl. Sulphuris Sacch. Cand. sublim. 3j.

Spir. Sulph. acid. 3ij.

Sacch. albiß. aqu. Scabios. vel
Locb. d. pulmone Vulp. des.
still. solut. 3ij.

Fl. a. Rotule.

S. Brust. Rücklein.

Quæ Dn. Di. Henrico Julio Bökelio in frequenti usu.

De

TINCTURA MELLIS.

Misce Melarenæ benè mundata, ut fiat inde quasi massa; superfunde vini spiritum ad eminentiam duorum digitorum. Digere per quinque vel sex horas: coloratumq; spiritum effunde, & alium affunde, donec non amplius coloretur. Tinctum spiritum filtra & coagula.

Hæc Tinctura mirum in modum curat & nutrit Phthisicos. Joan. Daniel Mylius in antidor. Medicochym. l. 4. c. 3. pag. 583.

Hic si libet, potest ad imitationem Sacchari candi violacei, cinnomei vel rosacei consici Saccharum sambucinum: de quo in omnibus pectoris affectibus continuè aliquid in lingua teneatur, ut sensim dissolutum per asperam arteriam delabatur.

Modus Compositionis hic est.

R. Sacch. Canarii opt. lbvj. Li-
quesciant & bulliant in aqua florum Sambuci fragrantissima, donec crassitudinem confitendis tabulis apicem acquirant, mox affusi succi baccarum sambuci recenter expressi & optimè depurati

ratii, vel infusionis multiplicis florum, prout hic vel ille color expetitur ibij. decoquuntur igne moderato ad Syrupi consistentiam, Tumolla terrea vibrata decussatim, bacillus in ea duorum digitorum intervallo dispositis, calidè infunde, & in officina calefacta, vase densa bombace involuto, iusto tempore ad concretionem relinque. De qua pleniori conficiendi ratione vide elegantissimos Medico-Botanicos P. Pennam, & M. Lobelium in Adversari. Syripi novis pag. 20. & 21. nec non clariss. C. Baubinum de compos. medicament. c. 19.

Spiritus Baccarum Sambuci in summa dyspnoa valde salubris est, dimidiit aut integrum cochlearis pondere cum Saccharo absorbitus: Si lubet, prescribatur sequens Asthmaticus seu Pneumaticus Spiritus.

R. Cort. Medianor. sambuc.

Glycyrrb. opt. rafe ana 3vj.

Rad. Enul. naviculae 1/2oz iro annis

Ireos Florent. ana 3ij.

Erysimum rotundatum M. ij.

Sem. fenic. 3ss.

Concisa & conquassata infunde in f. quantitate Spiritus granorum Actes, stent in infusione per octiduum, biu in dies agitanda, post desilientur in B. M. pro spiritu Sambuci Pneumatico Blochvitus l. d. s. 3. c. 13.

Sic in tussiferina mirum in modum hoc commendatur Cnōē 150v.

R. Fol. Sambuci recent. aut in umbra siccata. M. j. Coq. in Aqu. fontanæ Mens. j. ad tertia partis consumptio nem: Colatura Saccharo cando vel melle despumato dulcoranda, de quâ in dies manè & vesperi hauriatur. Etius hauriatur.

C A P U T X.

D E

DE FLORIBUS BENZOINIS, UT ET VITRIOLO ALBICANTE.

BEnzoinum teritur, & olle rotunda vitreat & imponitur, deinde clauditur duplice charta emporetica, convoluta in modum pyramidis aut manice Hippocratis, & datur postea ignis lenis ad sublimationem idoneus: Floresq; nivisi, qui nibil aliud sunt, quam Salientialis, sapius colliguntur charta adhærescentes.

U S U S.

Valent ad Asthma, ac omnes pulmonum morbos.

D O S I S.

Scrupulus semis in liquoribus, vel Syrupis idoneis. Topicum etiam remedium sunt ad tubercula, & ruborem faciei: Vid. Tyr. Chym. Be guini:

guini pag. 385. Præsertim in albu
mine ovi cocti solvatur.

De
OLEO BENZOINO.

R. Benzoin pulveris. q. v. misce
cum sabulo ac imple retortam ad
mediatatem : destilla gradatim ex
arena & nancisceris liquorem ac
oleum crassum instar Butyri.

R. bujus (a liquore separati) part. j.
aqua pluvial. p. xij.

Destilla in cinere per alembic. & ex-
stillabit oleum clarum & flavum ad
fundum subinde secedens. Post-
quam pars media exstillavit, ex-
tinguitur Δ, effundaturq; materia
in cucurbita reliq; a, in lebetem æne-
um, calefatq; optimè super Δ affuso
subinde Δ calidae quadruplo : hinc
filtretur per pannum, reponaturq;
filtratura ad crystallandum. Cry-
stallos collectos exsicca lento Δ ca-
lore.

Oleum illud rectificari poterit
semel ac iterum ex alembico cum
sp. vin. Frisato, & evadit odore, sa-
poreq; gratius.

NOTA. Itb. Benzoin. præbet Ol. 3 fl.
Cryſtall. seu flor. 3 j.

Sunt qui Benzoen solvunt in Ol.
nucleor. Cerasor. exprim. solutio-
niq; admiscent Ambram, Moschum
& Zibetam & exprimunt ad per-
fumandas, urajunt, Chirotecas.
OBSERVATIO.

Si suffitus ex solo Benzoino pare-
tur, tussim excitat.

Optimum benzoinum censetur
pellucidum globulis candidis refer-
tum, Thuris æmulum, svavissimè spi-
rans, nec heterogeneis inquinatum.

Solvitur in olcaginosis ac spiritu
vini rectificatissimo, ut & in ovi al-
bumine, aeri humido ad liqueſcen-
dum exposito.

De
VITRIOLO ALBICAN-
te ex Marte ad Asthma.

Ad Asthmata etiam inveterata &
tusſes, aliasque pectoris infirmita-
tes, ex Marte subitò fieri potest Vi-
triolum albicans hoc modo :

Recipe limatura Chalybis tenuis,
pure. & neutiquam pulvulentia uncia
am semis : superfunde guttam in scu-
tella vitrea olei Sulphuris per Campan-
am facti, non rectificati drachmas
duas : sine quiescere, & refrigerari.
Sic fiunt Crystalli, qui per aquam com-
munem destillatam soluti, & à facibus
per filtrationem liberati denuo in cry-
stallos, aqua evaporata, redunt. Eo-
rum grana duo vel tria in Syrupis pe-
ctoralibus aliquoties exhibita, mirificè
asthmata expeditunt, idq; nec per vomio-
tum, nec per secessus ; sed sudoribus
prorumpentibus.

Huc etiam optimè spectare vide-
tur preparatio Oli ad Phthisin-
talis :

R. Spi-

R. Spiritus Urinæ q. v. superfunde
hunc Olo (in pulverem album per di-
gestionem preparato) & rursus exico-
ca; exiccatum destilla per retortam,
& preponere in recipiente Spirit. Urine
Ziiij. (ad 3. lib. Olo. urine Ziiij.) destil-
la postea ut artis.

Deinde in igne vaporoso lente destilla
Phlegma, sic accipies Oli Spiritum
Cryphallinum, qui per rectificationem
est arcanum in Phthisi, peripneumonia,
caduco, &c.

Sic R. Comit. rubr. Olo. ana lib. i.

contusa M. & destilla in Oleum rubetum,
cuius Dosis 6. guttae, curar Colicam
passionem, purificat sanguinem, con-
fortat membra principaliora; cum vi-
no vel Aq. Anisi propinatur. In fun-
do vitri remanet pulvis albus, qui rea-
solvi potest in Salem.

Plures qui cupit ex Olo Medici-
nas, legat Joann. Daniel Mylium
Basil. Chymic. l. 5. c. 2. à pag. 559.
ad 654. Item Du. D. Joan. Agricola
lam part. 1. operis sui German. à
pag. 352. ad finem operis.

CAPUT XII.

DE TRAGEA AD OMNES PECTORIS AFFECTUS.

Recip.

Spec. Diair.

Diatrag. frig. ana 3*fls.*

Pulv. ungu. cab.

Summitat. Hyssopi,

Sem. urtica ana 3*iv.*

Pulm. vulp. præp. 3*fls.*

Flor. Aris 3*fls.*

Effent. Margarit.

Corallor. ana 3*i.*

Sacch. violar. q. f.

Misce, fiat pulvis, vel si velis Ele-
ctuarium, vel tabulas ex eo contin-
nabis.

VIRES & USUS.

Præstantissima hæc Tragea in o-
mnibus Pulmonum affectibus; ut

Asthmate, Tussi antiqua & recenti:
Præservativum & Curativum in
Phthisi maximum. Datur à 3*fls.* ad
3*i.* vel 3*ii.*

Oleum Terebinthinae, est effica-
cissimum remedium ad omnes pul-
monum Affectus, nimisrum ad Tus-
sim, Asthma, Phthisi & ulceræ pul-
monum.

Elixir proprietatis est quoque
Specificum pulmonis.

Oleum Anisi & Fæniculi hic
valde convenient, quorum præpa-
ratio, ut & cæterorum Oleorum, ex
seminiibus est sequens.

R. Anisi, Fæniculi vel carui semen.
Injicitur an lib. i. contusi non nihil
semis.

D d d

semis.

seminis, Salis communis ʒi. vel ʒiss.
(Alii addunt ad lib. i. seminum Tar-
tari ʒi. & Salis M. i.) stent in digestio-
ne per dies 9. Hinc adde adhuc M. i. Sa-
lis, destillentur per vesicam: Oleum ab
aqua separatur. Libra una seminis
carvi dat Olei ʒss. vel ʒi.

De

GLYZYRRHIZA COCTA

Dn. D. Gangland.

R. Spec. Diaireos simpl. 3ii.

Pulver. rad. Glyzyrrb. 3vi.

Croci Oriental. gr. iv.

Effent. ambr. gutt. xvi.

Misce cum Saccharo alb. ʒviiiij.

Et s. q. mucilagin. gumm. Tragac.

F. arundines rotunde,

S. pro usū Gussholz Röhrlein.

De

OLEO SACCHARI

Pectorali.

R. Spec. Diatrag. frig. 3iii.

Diaireos simpl. 3vi.

Pulveris scyll. præp. 3vi.

Marrubii 3ſſ.

Benzoi,

Thuris ana ʒi.

Croci integr.

Pulver. Daſtylor. 3iij.

Passul. exacinat. 3ii.

Superfunde per biduum S. V. opti-
mè rectificat. q. s. vase benè cooperio.
Tunc separa ſpiritum impregnatum
per inclinationem, admifece Sacch.
eand. alb pulverifat. dimidiam quan-

tatem: poſte a in ſcutella argentea vel
figulina vitreata accendatur Spiritus,
agiteturq; ſpatulā, donec omnia in-
ſpiſſum liquorem Olei amulum abie-
rint. Cui admifceri potest Ol. Sul-
phuris q. f. ad gratam acetoſitatem,
vel aliquot gutt. Ol. Anisif vel faniculi.

VIRES & USUS.

Ad Phthisin, & exulceratoſive
purulentos Pulmonum Affeſus hoc
Oleum eſt ſummuſum auxiliuſum, ut
ſepenumerò in pluribus optimo
cum ſucceluſu expertuſu ſum.

Tuſsim antiquam, Aſthma, Spu-
tuſum glutinoſum, & Anhelitus diſſi-
cultatem, item raucedinem à frigo-
re vel pituita craſſa in pectore &
pulmonib⁹ juvat.

Dofis cochlearē ſemis.

Simile Oleum Sacchari com-
poſitum paratur eodem
planè modo:

R. Rad. Ircos Florent.

Enulae Campan. pulveriſ.
an ʒſſ.

Pulpe Daſtylor.

Paffular. purgatar. an. 3iii.
Cortic. Citr.

Arantior. an. 3iſſ.

Benjoin. 3y.

Croci ʒi.

Infunde bidui ſpacio in Spir. Vini re-
ctificato &c. uſi in priori deſcriptione
dictum.

Huic haud abſimile eſt OLEUM SAC-
CHARI

CHARI SAMBUICINUM Blochviti*i. d.*
3. c. 13. pag. 103.

R. Spiritus Pneumatici (priori cap.
7. descripti) rectificati q. placet: ad-
misce Sacchari partem dimidiam. Ac-
cende spiritum candelâ cereâ, aut Pa-
pyro incensâ, tamdiu cultello hinc inde
agitando, donec omnia inspissum &
oleagineum liquorem flammâ sponte exti-
tinctâ abierint.

Utere Eclegmatis instar cum bacili-
lo, liquiritia, vel per se, vel cum a-
quali parte Oxymelitis Sambucini per-
mixto. Expectorationem strenue pro-
movet, multoq; expeditius, quam com-
mune Oleum Sacchari, cuius confi-
ciendi modum prescripsit Beguinus l.
2. Tyrocin. Chym. c. 6.

OXYMEL SAMBUCI- NUM, hoc ita paratur.

R. Mell. desfumat. $\text{fl. } \frac{1}{2}$. i.

Acet. Sambucin. $\text{fl. } \frac{1}{2}$. s.

Aq. simpl. vel fl. Sambuc. $\text{fl. } \frac{1}{2}$. i.

Mista indantur Cucurbita & cog. in B.

M. adjustam conscientiam.

NOTA:

Acetum hic adhiberi potest vel
simplex florum, vel quod infusione
Baccarum purpurat, prout hic vel
ille color à Medico agrotovè expe-
titur Blochvitus *i. d.* p. 28. 29.

MEDICAMENTA ALIA PECTORALIA.

R. Herb. Veronic.

Pulmonar. maculos.

Scabiose,

Epatic. nobil.

Salv. an. Mii.

Flor. Epatic. p. iv.

Jujubar.

Fic.

Sebest. ana num. xii.

Rad. Polypod.

Liquirit. an. $\frac{1}{2}$ fl.

Cog. ins. q. aq. fontan. Colat. R. $\text{fl. } \frac{1}{2}$. viii.

adde Sacchar. cand. rubr. $\frac{1}{2}$ viii.

Clarific. cum album. Ovi. Colature

adde Aqu. Cinamom. Cydoniat. $\frac{1}{2}$ ij.

M. S. Brust-Wasser.

Dn. D. Gansland Archiatri Dresden.

VEL: Ejusdem Autoris.

R. Flor. papav. errat. Miij.

Rosar. rubr. Miij.

M. Infund. in aqu. Veronic. $\text{fl. } \frac{1}{2}$. iiij.

Pectoral. $\frac{1}{2}$ viii.

Spirit. Aris $\frac{1}{2}$ ij.

Sacchari cand. albip. $\frac{1}{2}$ vj.

Stent in B. M. & cog. lentè per hor.

b. postea filtrantur per chartam.

R. Colatur. $\text{fl. } \frac{1}{2}$. i. $\frac{1}{2}$ iiiij.

Aqu. pectoral. Chemnit. $\frac{1}{2}$ ij.

Effent. ambr. $\frac{1}{2}$ v.

M. S. Brust-Wasser.

Ddd 2

PARS